



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi Archiepiscopi Pragensis

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Notæ in Caput XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

obliqua illa Regis in *Arnestum* odia, quæ, ut postea videbimus, Episcopus creatus *Arnestus*, anathemate in *Regem* intorto, vindicavit; sed præcipua odij in *Arnestum* causa, quòd eum *Carolo* filio studere, atque ejus autoritatem Proceres Bohemos sequi putaret. Dolebat *Ioanni* (ut *Regnum impatiens consortis est*) à Regno universo *Carolus* quari, *Carolus* expectari & amari, neque jam dissimulare ægritudinem animi poterat; itaque reversum ex Gallijs filium, & Moravia cum *Marchionis* titulo impositum, repente destituerat, & omni dignitate exutum, privatum permiserat. Hic pius & ad omnem Divini Numinis timorem, & amorem factus Princeps, sic adhærebat *Arnesto*, ut minima, maximaque ejus consilio, non postea modò *Imperator*, sed etiam nunc *Princeps* gereret, hunc unum admiraretur, Sanctimoniâ, & prudentiâ viri captus, eique conscientia suæ rationes omnes perlibenter aperiret, ut quidquid deinde *Carolus* egregium & divinum ultra cæteros *Principes* egit (egit autem plurima, & nescio an non plerisque Regibus invidenda) uni *Arnesto* accepta referre possimus.

Claudian.

Haged. 1333.
1335. Vide etiam
anno 1318.

Caroli Principis, postea
Cæsaris, in
Arnestum a-
p. 10.

Notæ in Caput XII.

In magnis
viris magna
aliquando
vitia.

Liv. Decad. 3.
l. 1.

Plutarch. in
Demetr. Po-
liorcet.

Veterum Regum more. Omnia quæ alluberet impune agere, hoc demum illis erat. Regem esse: de Domitiano juvene Tacitus lib. 4. hist. Domitianus, inquit, sceleribus filium Principis agebat. Utinam vitis virtutes quoque regia respondissent! Ex hoc postremo mixtorum Regum, ut ita loquar, genere, Annibal Dux Carthagenensium fuit, cujus Virtutes cum enumerasset Livius: has, ait, tantas viri virtutes, ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, &c. Talem nobis descripsit Demetrium Regem (Poliorcetem cognomine) Plutarchus, in delicijs, & voluptatibus, in Hibernis omnibus foeminis molliorem; in acie, & belli tempore viris omnibus fortio-rem.

Poenas

C. XIII. PATER ARNESTI MORITVR. 71

Pœnas acerbiores lumbis DEVS. Pecunias, & Ecclesiarum thesauros Ecclesiarum nunquam feliciter in bellum expendi, innume-
ris exemplis patet. Factum Ioannis avi sui imitatus est Imperator
Sigismundus, malo etiam ipse eventu, ut notavit Joannes Tonner
S. I. in Vestigio Bohemiæ Piæ.

Carolus Filium amari. Sapienter à Tacito dictum Regia zelo;
(lib. 2. Annalium) civilia, etiam filiorum, ingenia regnantibus
displicere. Et optimè Cassinus Noster: Regnum esse eiusmodi in-
dulsum, quod alteri nemo velit concedere, nisi mortuus.

Miraculum ad Tumulum S. A. 1338.
Martyris Wenceslai, Bohemiæ Princi-
pis, in manibus Arnesti patratum, aliâq;
ejus consilio perfecta. Moritur Arnesti An. 1342.
Pater, & Filium amplissimarum
ditionum scribit hære-
dem.

CAPUT XIII.

A Nno 1338. tertio Kalend. Octobris illustre omnino ma-
raculum, ad sacrum Divi Wenceslai Martyris, & Bohe-
miæ indigetis tumulum, divinitas operata est, quod quia Trophæa S.
ad Arnestum parte aliquâ spectat, hic referam: Tres bal-
listarij artifices Pragæ advenerant; ex his unus, dum sermones
conferunt, admonet S. Wenceslai Bohemiæ Principis Natalem die
Haget, 1338.
crasti-